Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tamen alienatio absq; eius assensu firma ac ualida
fuisset, quoniam scilicet non solum ex praecedentibus
actibus, sed ipso etiam Venditionis instrumento
manifestum est, istas feudas absq; assensu Do-
mini alienabilia esse. Jam uero si is, qui absq;
assensu Domini (: puta si consensus iam sit
interpositus, uel in concessione uerbis expressis
uel longi temporis usu & obseruatione (: Jt
hoc nostro casu :) declaratur (: per supra dicta :)
alienare feudum potest, reseruato assensu & non
aliter, nec alio modo contrahat, nihilominus po-
test absq; alio assensu efficaciter alienationem
facere nisi manifestissime appareat, eum non
nisi sub nouo consensu Domini contrahere uo-
luisse. per Doctrinam Fel: c. cum ordinem. col.
i. prope medi: ext: de rescript: ut in dubio, si id
quod uenire non debeat, uenit ineptus non utitur
actum, quoniam nemo uideatur uegisse diam
impugnatiuam sui actus, quem gerit, per. L. 3.
ff. de testament: militar: ut eleganter scribit in-
signis feudista Camerarius d. c. Imperialem
folio mihi. 440. de prohibit: feud: alien: per
Frecler: Jbi fol: seq: Vers: Nec obstat, in haec Ver-
ba subijcit.

Non obstat quod dixerit, Salvo Assensu nec Ali-
ter nec alio modo, quia is Jud potest uerificari
in assensu impetrando, sicut in impetrato. Ex-
perientia namq; nos hoc docet, dum passim ui-

demq